



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Theoduli monachi. . XXIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

ABbas Gerontius Præpositus mōasterij sancti Patris nostri Euthymij, narrauit mihi, & Sophista Sopho: onio dicens. tres simul eramus trans mare mortuum, ambulantesque nobis in montem, Anachoreta quidam aliusque maris ripam deambulabat. Contigit autem Sarracenos transire per loca illa, & occurrere illi. Cū ergo præterissent illum, reuersus vnus eorum Anachoretę caput abscidit, nobis de longinquo spectantibus. iam enim conscenderamus montem. Cum vero lachrymaremur tristes propter Anachoretę casum, repente cernimus ¹ auem superuenientem, raptum Sarracenum in sublime ruisse, atque in deinterram illum dimisisse, ex cuius lapsu Sarracenum interiisse.

¹ *Disce ex hoc loco Sanctis non inferre nocentia.*

Vita alterius senis cononis.

SENEX quidam erat in Cœnobio sancti patris nostri Theodosij, nomine Conon, Cilix genere, hanc vitę normam per triginta annos ¹ custodiens. Semel comedebat in hebdomada panem & aquam, & sine intermissione operans, nusquam de Ecclesia egrediebatur.

¹ *Tria hic habes, Miram abstinentiam, Aquam potum, Operum manuum.*

Vita Theoduli monachi.

ALIVM vidimus senem in eodem monasterio, Theodulum nomine, qui miles antea fuerat.

erat. Is dies ¹ omnes ieiunans, nunquam in latius dormiebat.

1 Ecce longa antiquorum Monachorum ieiunia.

Vita senis cuiusdam habitantis in cellis

Cuziba.

CAPVT. XXIIII.

ERAT Senex quidam habitans in cellis Cuziba, de quo narrabant nobis loci eius seniores, quod dum in vico suo esset, hanc habebat consuetudinem, ut si quem vidisset in vico propter inopiam non valentem agrum suum seminare, noctu ibat, ignorante agri domino, semenque secum ferens, pauperis illius ferebat agrum. Cum autem venisset in eremum, & moraretur in cellis Cuziba, eadem miserationis faciebat opera. Ibat enim per viam, quae ducit à Iordane ad sanctam civitatem, ferens panes, & aquam. Et si quando videret aliquem lassescentem, portabat onus eius, & ascendebat usque ad sanctum montem Oliueti, rursusque per eandem cum caeteris redibat viam, ferens illum oneratum usque Hierico. Vidisses senem aliquando ferentem onus ingens, sudantemque sub fasce, aliquando portantem in humeris puerulum, saepe etiam duos. Nonnunquam sedebat, viri, siue mulieris disupta calceamenta refarciens. Ferebat quippe secum quaecumque ad hoc erant necessaria. Alios portabat ea, quam ferebat aqua: alijs praebebat panes. Si quem verò inuenisset nudum, pallium, quod ferebat, dabat ei. Eratque dulce videre senem singulis diebus laborantem. Et si quando mortuum in via

X 4

reperijs